









*Fall. M. 22.*  
D. HENR. GODOFREDI SCHEIDEMANTEL  
DISSERTATIO

*1765, 6* *N5*

DE

SVCCESIONE ILLVSTRIVM  
ALLODIALI PRIVATA.



---

JENAE,  
APVD SCHILLIVM  
CIDI CCLXV.

*Excellens Progeni Flaviae  
Wolffianis  
D. H. G. Scheidemantel*

D HENR. GODFREDI SCHLESWIGH.

SECRETATIO

DB

SACERDOTIA. HISTORIA  
ALDUS HERALT

ALAD SCHLITZIA  
CICICIO



DISSERTATIO

D E

SUCCESSIONE ILLVSTRIVM TANQVAM  
PRIVATORVM IN ALLODIA.

SECTIO I.

DE ILLVSTRBVS EORVMQUE SUCCESSIONE  
IN GENERE.

§. I.

*Ratio instituti.*

Quamvis plures sint, iique praestantissimi auctores, qui de successione et publica et priuata edisseruerunt, doctissimasque hac de materia commentationes posteritati demandauerunt <sup>a)</sup>: paucos tamen inuenies, qui ex proposito eruerunt, quid iustum sit, et <sup>b)</sup> quae res allodiales in successione illusirium tanquam priuatorum computentur ac separentur. Nec profecto mirandum est, quoniam cogitanti hoc de argumento campus obstat tam amplissimus, tam varius, diuersaque ex parte tam occultus, vt oculi saepe acriores perspicere nequeant, quo sufficienter demonstrari possit, quaenam ratio coniunxerit ea, quae dissitus quasi cernit. Ego quidem fateor, me tales non esse, qui rem grauissimam debita ingenii habilitate atque experientia, quae his in rebus incredibile praestat auxilium, explanare potest ac

A

per-

perscrutari, quique nomen auctoris periculosum efflagitat; sed consuetudo a me postulat specimen quoddam, et, ne rem tritissimam ad nauseam vsque pertractarem, materiam hancce eligendam esse existimai. Hac igitur ratione datus, nata est haecce dissertatio.

a) Huc pertinent in primis illustris FÜTTER, ESTOR, REINHARD, STRVV, STRVCK, ab VFEL, BVRCKHARDI, GREINER, BETSIVS, praeceps autem illustris HELFFLD, PRAESES huius dissertationis grauissimus, PATRONVS meus et praceptor nunquam satis deuenerandus hoc de arguento insigniter meritus est in STRVII *Iurisprudentia heroica* Tom. VII. cap. III. seqq. et in in dissertat. de restricta illustrium alienandi facultate.

b) Insignem profecto vilitatem adserit harum rerum distincta cognitio, in primis in decidenda controversia, quae saepius inter illustres ventilatur, si res allodiales a feudalibus et res priuatae a publicis separandae sunt. Aliae enim sunt res, quae ad successionem publicam, aliae, quae ad priuatam spectant, aliae sunt res feudales et allodiales et ipsae allodiales, aliae sunt auitae, aliae adquisitae, quae autem omnes diuersam reddunt successionem.

## §. II.

### *Qui sunt Illustres.*

Illustres proprie tales in Germania sunt personae, quae gaudent dignitate nobilitatis superioris. Hinc habent qualitatem, a qua iura dependent, et haecce qualitas iis competit aut quatenus sunt imperantes aut non, ideoque iura eorum esse possunt publica et priuata. Quatenus igitur illustris vtitur iuribus publicis, eatenus tanquam persona publica consideratur, et quatenus vtitur iure priuatorum, eatenus est persona priuata.

Caveas tamen, ne illustres imperii nostri pro iis accipias, qui apud Romanos hoc nomine vtebantur. Apud Romanos enim illustres erant: I) Summa patriciatus dignitate fulgentes, II) Consules

fules, III) Praefecti urbi et praetorio eorumque dignitati pares, IIII) Magistri militum, V) Quaeſtores, VI) Magistri officiorum, VII) Praefectus ſacri cubiculi. VIII) Comites ſacrarum largitionum, rerum priuatarum et ſacri patrimonii. Horum autem ſtatus maxime diſſert a ſtatu illuſtrium in Germania, ergo ab eorum iuribus ad noſtra concludi non potest. Vid. STRVII Iurisprud. heroiſca Part. I. cap. II. 10. P. A LVDEWIG in vita Iuſtiniani cap. VII.

### §. III.

#### *Quid et quale patrimonium illuſtrium.*

Patrimonium illuſtrium in genere eſt complexus rerum, quae ad ſuo ſuum illuſtrium pertinēt. Hae autem res inter ſe valde diſſeruent. Earum enim ope aut dignitas, ſecuritas et commodum reipublicae maieſtatisque promouetur, aut non. Si priuus, patrimonium illuſtrium dicitur publicum, si posterius, patrimonium illuſtrium priuatum. Patrimonium igitur publicum competit illuſtribus, quatenus ſunt personae publicae, et priuatum, quatenus ſunt personae priuatae. Illud diuidicatur ex iure publico, hoc ex iure priuato. Nec locus, nec tempus permittit, ut de patrimonio illuſtrium publico agamus.

ILLVSTRIS HELLFELD in Iurisprud. heroiſca. Struviana Part. VII. cap. I. §. 8. de verum diuifione. BVRCHARDI diſſertatio de gene-  
re bonorum quadruplici in ſucceſſione illuſtrium a ſe inuicem ſeparandis  
§. 22. et 23. Marpurg 1755. AB VFFEL diſſertatio de hereditate  
mobiliali perſonarum illuſtrium §. 2. 3. Lenae 1740.

### §. III.

#### *Diuerſitas patrimonii priuati.*

Patrimonium illuſtrium priuatum eſt complexus rerum, quae ad ſuo ſuum illuſtris tanquam priuati pertinēt. Res autem, quae eſt in patrimonio diſſert a iure hacce de re disponendi et ab hoc ad illud n. v. c.. Diuersa igitur eſt

A 2 ratio

ratio de patrimonio illustrium priuato disponendi, et haec  
 diuersitas parit quoque patrimonii diuerſitatem. Hoc enim  
 aut coniunctum est cum nexu fidelitatis, aut non; inde  
 feudum et allodium. De eo, quod sub nexus feudalii possi-  
 detur, nostro pro scopo non loquimur, sed potius de allo-  
 dio, quod in genere opponitur feudo et significat omne id,  
 quod ad <sup>70</sup> suum illustrium sub nexus fidelitatis non perti-  
 net. Quoniam igitur allodium est res, admittit quoque  
 rerum diuisionem in corporales er incorpores, in mobi-  
 les et immobiles et quae rel. Ex eo autem, quod res na-  
 turaliter moueri possit, non sequitur, quod mobilis etiam  
 sit omnibus sub conditionibus. Sic fieri potest, ut res na-  
 turaliter mobilis cum re immobili ita cohaereat, ut salua  
 huius substantia abesse non possit, ideoque ut his sub cir-  
 cumstantiis naturam rei immobilis induat; porro, ut destina-  
 tione ad ornamentum perpetuum familiae cuiusdam illu-  
 stris aut pacto alioue modo fiat immobilis.

### S. V.

#### *Allodia auita et adquisita.*

Allodium est res quam quis sub nexus fidelitatis haud  
 possidet. Huiusmodi res aut a maioribus familiae sunt ad-  
 quisitae aut possessor sibi propria Minerua eas adquisiuit,  
 et hinc venit distinctio magni sane momenti in Germania in  
 allodia nimirum auita c) (Stamngüther Fideicommisgüther,  
*Erbe*) et adquisita (Eigen, Errungenschaft). Quae igitur  
 a patre in filium hereditate translata sunt, habentur in dubio  
 pro rebus auitis. Aliter autem ordinatum est in constit.  
 Elect. Sax. P. II. const. XIV. quae bona ab auo iam pos-  
 sessa requirit.

c) MARCVLFVS Form. XII. vbi: tam de allode paterno, quam de comparato,  
 vel quolibet attractu. Idem dicitur form. VI. VII. et XVII. VO-  
 CABV-

**CABVLARIVS IVR. PROV. SAX.** vbi: *Eigen heißt liegende Gründe, oder unbeweglich Gut, das ein Man um sein eigen Geld gekauft hat. Erbeigen heißt, -- das auch sonst Stammgut genannt wird. Admonitio Ludouici ad Confluentiam cap. VI. apud BALVZIUM T. II. Reformat. Sigism. imperatoris cap. XIII. apud GOLDAST. in Reichssatzungen P. II. Vbi Man soll auch wissen von dem Gericht wegen und das Recht zu sprechen in Erbe und Eigen.*

## §. VI.

*Origo allodiorum auitorum.*

Origo allodiorum auitorum est mere germanica. Quum enim splendor familiae et nominis veteres Germanos incredibiliter delectauerit; ita, vt hoc meliori modo obtineri posse crederent, si familiae sit res lauta, et bona ab ea semel adquisita eidem semper maneant coniuncta. Quam ob rem more introductum est, vt allodia iure hereditario in familiam translata semper haberentur pro auitis. Hanc autem doctrinam summa cum ratione ad illustres familias seculi nostri applicari posse, nemo negabit, quia eadem ratio adest, nimirum splendor et conseruatio familiae, quamvis ius romanum aliter sentiat. Allodia autem adquisita cum familia non erant coniuncta, sed liberae dispositioni eius relata, qui propria arte ea sibi adquisiuit.

*Multa exempla allodiorum auitorum patriae nostrae inueniuntur apud STRVV. de allod. imperii. a LYNCKER de familiarum illustr. splendore.*

## §. VII.

*Iura et qualitas possessoris allodiorum.*

More Germanorum introductum est, vt allodia auitora cum familia, quatenus ab acquirente descendit, sint coniuncta, tamdiu ac haec familia existit. Ergo toti hunc familiae in ea competit ius quaesitum et possessor de iis quo-

ad deteriorationem aut alienationem regulariter libere disponere non potest. Nomen autem familiae, cuius conservacionem flagitabant Germani, quum per habiles solum conseruari et augeri posset, constitutidine fere communis statutum est, ut habiles in successione in allodia auita inhabiliibus praeferrentur. Inhabiles hic omnes sunt, qui nomen et splendorem familiae conseruare et promouere nequeunt. Huc pertinent I) foeminae quoniam nomen familiae mutant et in aliam transeunt, qua etiam de re finis familiae nominantur. Immo ne quidem sub appellatione *des Stamms* continentur. II) Furiosi et mente capti, non vero tales qui animi quadam debilitate laborant. III) Eximio corporis defectu laborantes. IIII) Sub certo respectu clerici apud catholicos. V) Suppositi. VI) Ex matrimonio illegitimo nati, aut sine consensu agnatorum adoptati vel legitimati. VII) Proscripti, vulgo Banniti, VIII) qui renunciarunt valide. IX) Extranei et cet.

SCHILTER Comment. ad Ius feudale allem. cap. 65. §. 7. LEX SAXONICA tit. 62. LEX RIFVARIA tit. 56. MARCVLPHVS in form. libr. II. cap. 12. LEX SAXONICA tit. 7. Ius PROV. SAXONICVM libr. I art. 4. et 17. zbi; *Vader und Moder, Soester und Bruder Erbe nymmet de Sone and nicht dy Dochter, yt en sy dat der neuen Sone en sy, so nymmet yt dy Dochter.* IUS ANTIQVM BAVARICVM de anno 1344. apud PERILLVSTR. SENCKENBERG de successfiliarum. WEHNER in obseruationibus practic. Voce Stamm. LYNCKER de partu supposito. Iurisprud. ber. p. III. cap. 5. §. 2. 9.

### §. VII.

#### *Conclusiones ex antecedentibus.*

Ex iis, quae hactenus explicata sunt sequentes colligere licet propositiones. I) Successio in allodia auita non sit ex beneficio ultimi defuncti, sed primi adquirentis. II) Omnes in familia quae ab adquirente descendunt ius

ius habent reale quaeſitum in bona ſemel ad familiam dela-  
ta. III) Poffessoris dominium eft reſtrictum. IIII) Poffef-  
for in detrimentum allodii abſque conſenſu eorum, quorum  
interēſt, diſponere nequit, alias locum habet ius reuocan-  
di. V) Exheredatio ab ultimi poffessoris arbitrio non de-  
pendet. VI) Personae ſuccedentes habiles praefuerunt  
inhabilibus. VII) Foeminae ſuccedunt in ſubſidium, i. e.  
maſculis ab acquirente deſcendentibus exſtinctis. VIII)  
Conſeruatio familiæ, eiusque ſplendoris prima lex eft  
poſſessoris. VIII) Non diiudicatur ſucessio haecce ex iu-  
re romano; ideoque ex ea non praefuerunt legitima iuriſ ro-  
mani aut quaſa falcidia aut trebellianica. X) Allodia ad-  
quita in pleno ſunt dominio et liberae ſuſtunt diſpo-  
ſitioni.

ILLVSTRIS HELLFELD in Iurispr. heroiſ. tom. VII. cap. II. BVR-  
GARDI diſſert. cit. §. 56. et 59. STRVV de allodis imperii cap. IIII.  
§. 77. KNIPSCHILD de fideicommissis familiæ cap. VI. BOEH-  
MER conſulti, et decis. Vol. I. part. II. p. 206. ab VFFEL diſſert. cit.  
Säclſl. LandRechb. lib. II. art. 52. vbi Vergiebt er es aber ohne Recht er.  
IVS WEICHBILDIC. art. XX. vbi. Nun höret und vernehmnet etc.  
a LVDEWIG Conſilia Hallens. P. II. lib. II. Diploma ap. AYRAMAN-  
NVM in ſylog. anedoz. tom. I. p. 311. vbi, die Ioannes bapſitiae an.  
1315. Henricus et Theodoricus Comites in Hobenſtein wendunt etc.  
Diploma apud: SAGITTARIVM in hiftoria Gleichenſt de ao. 1382. vbi,  
Jeb Kune von Gleichen bekenne, das der geſtreng Ritter Herr von Sebe-  
leben und Heinrich ſu Son in miner Kenwertiigkeit vor gebeiter Banck  
zu Gundeliehen vor Gericht ſich haben verzeichen vor ſich und all ihr  
Erben und haben aufgelezen mit Hand, mit Halm und Mande, alſo rechte  
iſt, Drei Acker und ein vierſtel eines Ackers Weinergarten ihres eigen er-  
blichen Guts. Pluraſ vide apud MENKEN, SCHANNAT etc. Sunt  
tamen cofus in quibus poſſessor allodium alienare poterit, et quidem imprimis  
I) Si poſſessor ultimus ſuae genit. II) Si ii, quorum interēſt, conſerviunt  
III) Si ex alienatione maior utilitas et ſplendor familiæ naſciunt, IV. Si  
Summa adeſt neceſſitas, etc.

### §. VIII.

§. VIII.

*De rebus auitis an sint mobiles aut immobiles.*

Sunt, qui statuunt, res in allodio aucto obuenientes esse debere immobiles, alii autem eodem iure nisi, defendant, res etiam mobiles huc posse computari. Vtraque sententia vera esse potest, dummodo diuersum harum rerum respectum a se inuicem distinguere velimus. Res enim allodiales considerantur aut in se, aut in relatione ad familiam. Si illud, res esse possunt mobiles et immobiles, hoc autem in casu res allodiales sunt immobiles, quia cum familia sunt coniunctae, ita ut ex ea alienari nequeant. Sic v. c. agri syluae, domus, aliaeque res in se immobiles in allodio acquisito, si ad familiam referuntur, sunt mobiles, et res in se mobiles veluti rerum antiquarum camerae, monumenta et instrumenta bellica splendori familiae destinatae aut publicis rationibus non illatae, in allodio aucto, si ad familiam referuntur, sunt immobiles. Paroemion autem illud veterum Germanorum, *Nabrunz ist kein Erbe*, sufficienter probare non potest, allodia auita hodie res in se mobiles non admittere.

BVRCHARDI *dissertat. cit. §. 55.*

§. X.

*Res allodiales auitae magis determinantur.*

Ad allodia illustrium auita plerumque referuntur, agri, syluae aliaque praedia rustica et urbana, nec minus res mobiles, dummodo usui perpetuo inferuire possunt, veluti bibliothecae, grammatophilacia, cimeiarchia, camerae picturas recipientes, rerum antiquarum, naturalium, metallicarum etc. camerae, instrumenta bellica, memoriae et splendoris familiae potius, quam defensionis causa destinata, aut

aut publicis rationibus non illata, instrumenta venatoria, vasa coquinaria, cellaria, varia suppellecilia, v. c. *Tafel-Gesbirr* etc. *Orangerie*. Vestimenta pretiosiora, v. c. gemmis et vniōnibus ornata a maioribus relicta aut alio modo cum familia coniuncta, apparatus ruralis, vulgo (*Hof-Inuentarium*) veluti oves, equi, armenta, instrumenta ad agrum colendum etc. Sic et res incorporales, veluti ius venandi, quatenus ad successionem publicam non pertinent; eodem modo et ius piscandi, nomina familia semel coniuncta et q. s. plura.

STRV de allod. imperii cap. IIII. §. 24. *sqq.* BVRCHARDI disserat. cit. §. 58. AB VEFEL loco cit. §. 7. 8. FABRI Staats Cazely part. V. p. 327. STRYCK disserat. de Iur. allod. princip. imperii p. 65. *sqq.* Plura bac de re documenta, et quidem publica exhibet LÜNIG im teutschben Reichs Archiv. et MOSER cap. 135. im teutschben Staats Recht.

### §. XI.

*Res allodii adquisiti magis determinantur.*

Ad allodia adquisita omnia referuntur, quae illustris tanquam priuatus ita adquisiuit, vt liberam de iis habeat dispositionem. Huc pertinent imprimis res mobiles et immobiles, priuata principis pecunia emtae et neque rationibus publicis insertae, neque cum familia coniunctae, nomina, donatiua seu *Präsent Gelder*, *Chatoul Gelder*, *Vorschuss zum Landes Herrn eigenen Bedürfniss*, pecunia quam illustris laudabili lucratus est parsimonia ex iis quae destinata sunt ad publicos vsus, aliaeque res, donatione, armis propria pecunia gestis, testamentis, fortuna, aliaque ex causa adquisitae, porro fructus tam ex feudo, quam ex allodio percepti, et percipiendi, certo respectu meliorationes, partes metallifodinae, (vulgo *Kuxe*) bibliothecae vsui priuato destinatae, (*Hand Bibliothec*). Suppellex variis generis,

B

ris,

ris, veluti vestes, stragulae, peristromata, margaritae, vas-  
sa aurea et argentea reliq. Hæc autem res et quae spho-  
antecedente sunt enumeratae, si ex publicis oneribus su-  
stentantur, aut ex iis immediate comparantur, aut cum  
territorio sunt coniunctæ, aut sub nexus feudali possiden-  
tur, naturam allodii priuati mutant in patrimonium publi-  
cum aut feudale, quae omnia cautius attendi debent ab eo,  
qui harum rerum naturam atque indolem indagare con-  
stituit.

HOFFMANN differt. de patrimonio priuato, quod die Chatou Gelder  
vocant. Ienae defensa. GVNDLING differt. de principe ex testamento  
ciuum herede. PVFFENDORF de iur. nat. et gentium lib. VIII.  
cap. 5. §. 8. Ratione liberas dispositionis ad allodia adquisita referri  
possunt bona auta quae ab ultima persona in familia possidentur. Test.  
Caroli Ludonici, Elec. Palar. de an. 1670, ubi: secundo, actina debi-  
ra, quae nobis debentur extra Germaniam -- diuidentur aequaliter in-  
ter filium nostrum heredem Electoralem et eius sororem germanam fili-  
am Elisabetham Carolam. Tertio, pecuniam, quod attinet, quam  
commodius Camereae nostræ ac ditionibus vniuersis, - - erc. ante  
omnia filii nostra Elisabetha Carola ex parapernalibus Electricis quae  
24375. flor. erant, eandem summam accipiet nempe - - 24375. flor.  
Per donum gratiarum ex Helueriis 9000. De pecuniis stucicis ratio-  
ne satisfactionis datis 14822. Quae pro redimenda commissariatus ve-  
xatione expendimus, 768. Quam summam 55855. flor. ut propri-  
um quid bebebit ac possidebit.

## §. XII.

### *Quid et qualis successio illustrium.*

Hæc tenus exposuimus, quid sint illustres §. II. Quid  
et quale eorum sit patrimonium §. III. sq. et quae res sint  
allodiales §. V. sqq. Iam progrediamur ad doctrinam de  
illustrium successione. Successio illustrium est ius, acquiren-  
di patrimonium ab illustri persona relictum. Successio autem  
diuidatur in primis, aut ex re, in quam succeditur, aut  
ex

ex modo, quo ius successionis defertur. Primo de re, in quam illustris succedit. Quale igitur est patrimonium, talis est successio. Si defuncto illustri adquiritur patrimonium publicum ab eo relictum, successio dicitur publica, (*Staats Erbschaft*) si priuatum, successio est priuata, (*Priuat Erbschaft*). Porro si feudum est obiectum successionis, successio venit feudalibus, (*Lebns Erbschaft*). Si successio fit in allodium auitum, locum habet die Erbschaft der Stamm Güther. Si denique allodia sunt adquisita, successio nominatur (die Land Erbschaft, *Eigen Erbschaft*).

*Illustris HELLFELD Iurisprud. ber. 1. c. cap. III. §. 10. BVRCHAR.*  
DI differt. cit. §. 6. *Scopus dissertationis nostrae postulat, ut prae-*  
*termissa successione publica et feudali, agamus de successione illustrium*  
*in allodia priuata.*

### §. XIII.

*De modo, quo ius successionis defertur.*

Diuersus est modus, quo successio deferri potest, nimirum, aut a lege aut a voluntate expressa eius, qui bona relinquit. Si prius, successio dicitur legalis, si posterius, successio defertur aut voluntate ultima, aut inter viuos. Illo in casu successio est testamentaria, hoc autem si existit, successio dicitur pactitia, quarum haec magis est iuris germanici. Successio igitur aut est legalis, aut testamentaria, aut pactitia.


### §. XIV.

*Subordinatio barum successionum.*

Si de successione in bona illustrium priuata sermo est, videndum primo, num per pactum successio sit determinata an non. Illo in casu pacto standum est, dummodo legitime confectum et promittens facultate disponendi sit gauisus. Hoc autem si factum non est, aut adest testamentum, aut non.

B 2

Si



Si prius, testamentum dat normam successionis, si posterius, successio legalis locum habet. Hoc etiam obtinet in allodiis acquisitis, non vero indistincte in allodio aucto. Testamentum enim aut pactum confectum est, aut a primo acquirente, aut non. Priori in casu successio secundum hanc dispositionem institui potest, posteriori autem in casu successio plerumque est legalis. Nam pactum non minus quam testamentum liberam facultatem de re disponendi requirit, quae autem deficit possessori allodii aucti, §. VIII. not. 3. et 4. nisi in causis eodem spho allegatis v. c. si possessor ultimus est suae gentis, et q. s. plura. E. in allodiis auctis respiciendum est ad dispositionem eius, qui rem ad familiam detulit, sit pacto, sit testamento, et his deficientibus successio fit secundum alias leges.

## S. XV.

*Leges, quae in Germania causis illustrium applicari possunt.*

Quis quaeso nescit legum diuersitatem, quibus in Germania vtuntur illustres? Sunt enim vel scriptae, vel non scriptae. Sub non scriptis intelligo. I) Obseruantiam domus cuiusdam illustris. II) Obseruantiam imperii et III) summorum imperii iudiciorum. Leges autem scriptae aut patriae sunt, aut receptae. Hoc in casu venit ius romanum, canonicum et feudale, ad priores autem pertinent. I) Priuilegia, II) Statuta. III) Leges prouinciales, IIII) Leges imperii vniuersales. En varias leges, miraque diuersitate laborantes, in primis ratione successionis. Quae quidem differentia luculentur adparet, si iura romana cum patriis comparamus, praecipue ratione bonorum, ratione sexus, ratione consanguineorum, qui succedunt et atione status domuum illustrium. Ius romanum nescit al- lodia

Iodia auita et adquisita, quae tamen Germanis tam cognita tamque sancta erant §. VI. sqq. et Tribonianus aliique compilatores legum romanarum ignorarunt apanagia, Heergewetram et Geradam. Ius romanum nullum in successione fexus habet respectum, sed iura patria masculis meliorem tribuunt conditionem. §. VII. Ius romanum successionem consanguineorum secundum gradus computationem diuidit; ius autem patrium plerumque lineaee aut aetatis habet rationem et primogenitura, senioratus aut maioratus immo et interdum minoratus obtinet. Differentia autem inter statum ciuium romanorum, et domuum illustrium in Germania tam luculentissima est. vt eam probare superfluum sit.

### §. XVI.

*Quaenam leges successionem illustrium determinant.*

Quo maior autem est haec differentia, eo maior profecto nascitur quaestio, quae in eo consistit, vt decidatur, secundum quaenam iura successio illustrium priuata possit deferri? Egregie sibi consuluerunt domus illustres, quae per pacta familiae, dispositiones aut priuilegia multis dissidiis sese opposuerunt posteritatique suae consuluerunt. Hereditates illustrium plerumque sunt tales, vt pretii sit, eorum causa Ictos adeundi. Hi autem partim amore lucri aut honoris, aut sententiae semel conceptae et eius, quod propriæ interest Mineruae, partim nimio iurium diuersorum, diuersarumque familiarum illustrium studio adducti eam legem eligunt, quam suo proposito conuenientem esse existimant. En grauiora impedimenta, quae cogitanti hac de materia opponuntur. En Ictos qui parte ab vtraque variae Themidi, varia ponunt thuribula. Liceat autem, dum licet, seposito partium studio, has diuersas in leges breuiter inquirere, vt pateat, quarum valor maior sit his in causis in Germania.

*Illustris FÜTTER differr. de normis decidendi successionem illustrum  
controversam. Goettingae 1757.*

## §. XVII.

*Quatenus leges receptae in patria nostra valent.*

Jus romanum canonicum et feudale sunt iura extra-nea in Germania recepta §. XV. Iuris autem receptio est factum declarans, quod ius peregrinum valorem sit nactum in patria nostra. Ergo valor legum receptarum diiudicari debet ex earum receptione in Germania. Leges extraneae non nisi in subsidium sunt receptae, eo nimurum in casu, vbi leges patriae deficiunt, ergo quatenus iura patria inueniuntur, eatenus iura peregrina non sunt recepta. Quum vero leges receptae alii latae sint in ciuitatibus, ideoque earum rationes ex statu et moribus harum ciuitatum sint desumptae, status autem et mores gentium imprimis Germanorum et Romanorum saepius inter se differat; fieri etiam potest, vt legum extranearum ratio in patria nostra neque inueniatur neque adplicanda sit, caussis obuenientibus. Cessante autem ratione, cessat etiam id quod ex ea sequitur, et fanae rationi usuique rerum repugnat adplicatio legum moribus et statui ciuitatis cuiusdam contraria. Ergo indubitato sequitur, vt, si leges receptae in patria nostra valere debent, requiratur I. vt leges patriae deficiant II. vt earum ratio conueniat cum moribus et statu Germaniae. Prima huius §phi propositio corroboratur non solum fana a ratione, sed etiam a legibus et ordinationibus imperii. Videatur R. J. nouissimus. § 105. Benebenst sollen. Ord. iud. aul. Tit. I. §. 15. und weisen etc. Altera autem propositio fluit ex idea boni legislatoris.

*Illustris HELLFELD differr. de fontibus iuris, quo illustres utuntur §. 44.  
Tom. I. Jurispr. heroicae, et rom. VII. cap. II. §. 53.*

## §. XVIII.

## §. XVIII.

*Quod applicatur successionibus illustrium.*

Leges receptae apud nos duplici solum in casu valent, nimirum primum, si lex patria deficit, secundo si vna eademque legum adeat ratio. Adplicemus quaeſo has propositiones ad doctrinam de ſucceſſione illuſtrium in allodia auita, et luculenter adparebit, iura recepta his in rebus exiguum habere valorem. Nam quoad primam propositionem non deficiunt leges et obſeruantiae illuſtrium familiarum, quae ſucceſſionem ſpectant; quod ad alteram vero, ius receptum ſupponit liberam teſtatoris facultatem de hereditate diſponendi. Patrimonium vero illuſtrium ſaepius eſt tale, de quo poſſefſor libere diſponere non poſteſt §. VIII. Huc accedit, quod Germania illuſtris ob ſtatutum singularē et dignitatē eminentem a legibus extraneis forū agnoscere haud patiatur. Ratio autem legum extranearum, v. c. ad ſuperioritatem terriotorialem, ad primogenituram aut ſplendorem familie cuiusdam illuſtris, reliq. extendi non poſteſt. Si igitur dominus liberam de re diſponendi facultatem habet, ius quoque extraneum regulariter adplicari poſteſt. Quum autem hoc dici non poſſit de allodio auito, ſucceſſio etiam in illud diiudi- cari nequit ex iure recepto.

a LUDEWIG tom. II. conſil. Hallens, libr. II. conſil. 112. not. 49.'

## §. XIX.

*Subordinatio legum patriarcharum.*

Leges igitur patriae ſi adſunt, receptis ſunt praefendae, ſed quoniam et ipsae leges patriae inter ſeſe diſſerre poſſunt, ſequentes regulæ et hic obſeruari poſſunt. I. Lex posterior derogat priori, II. lex ſpecialior generaliori eſt ante

anteferenda. Fieri igitur potest, vt obseruantia lege expressa, quae subsequitur, tolli possit et v. v. utique priuilegiis leges imperii vniuersales in domo quadam illustri mutari possint.

*Pater hoc partim ex idea legis, partim etiam ex documentis publicis,  
apud Moser, Lüning etc.*

### §. XX.

#### *Quando pacta sunt attendenda.*

Pacta dant legem specialem. Si igitur pactum adest, quod de successione in familia quadam illustri disponit, hoc procul dubio aliis legibus praefendum est. Praeter alia autem pacti requisita requiritur, vt contra ius a tertio quaesitum non disponat. Hoc igitur si factum, aut tertius consentit, aut non. Si prius, pactum successorum valet, intuitu consentientis, quoniam quilibet suo iuri renunciare potest. si autem posterius, pactum successorum valorem nancisci nequit, quia in praeiudicium iuris a tertio quaesiti pacisci, illicitum est. Quamuis autem pacta contra ius a tertio quaesitum nil disponant, attamen, si nouum succedendi ordinem introducunt, quidam icti necessarium esse autemant, vt aut ab imperatore confirmetur, aut si hoc non factum et casus existit, vbi pacta haecce normam succedendi suppeditare debent, lisque hac de re oriatur, vt iudicia imperii suprema haud ea agnoscant; idemque fere obtinere credunt et in aliis dispositionibus familiae.

*Testamentum FRIEDERICI I. D. S. Gotb. de an. 1680. et ordinatio eiusdem de an. 1685. vbi dieweil. Acta die zu Offenbach ao. 1741. versam- leten Altfürstl. Gesandten in puncto die neue Kaiserliche Wahl-Capitula- tion betriffl. ir. Monita und Gutachten darüber. vbi: Dem ersten membro kan man nicht bepflichten, und es scheinet iuridice eine peti- tionem principii zu involuiren, das jemand ordinem successionis, pacta domus et possessionem non vitiosam für sich habe, ebe der Richter darüber er-*

erkannit hat; wenigstens in possessorio. *Wahlags Acta de an. 1741.*  
et quae huius intuitu ab Electore Brunsvicensi proposita.

### §. XXI.

#### *Frequentia pactorum successoris in Germania.*


Ius romanum ad doctrinam de successione illustrium in allodia auita adipicari non potest et quamvis in fora Germanorum penetrauerit, obseruantiae tamen familiarum illustrium earumque conditionibus derogare non poterat. Ne autem temporis iniuria nihilominus iis obesse possit, salutari consilio existimarent, ut pactis aut aliis dispositiobibus efficerent, quo allodia auita familiae semper maneant coniuncta. Huc pertinent pacta familiae, confraternitatis aliaque pacta successoria. Porro transactiones, renunciations filiarum illustrium etc. quibus omnibus satis declatur, illustres nunquam a moribus patriae recessisse.

ILLUSTRIS HELLFELD, Iurispr. heroic. STRVU tom. VII. cap. II.  
sect. III. §. 57. et sect. I. §. 13. BVRCHARDI dissert. cit. §. 50.  
BETSIUS de statutis, pactis, et consuet. fam. illuftr. Argent. 1699.  
10. p. a LVDEWIG differentiae iur. rom. et germ. in pacto, Halae 1741.  
Hoc etiam probant documenta publ. quorum multitudo pauca nobis so-  
lum hoc praebeat exempla. Sic v. c. an. 1680. inter serenissimos ERNE-  
STI PII, DVCIS SAX. GOTHE. descendentes ita conuentum est: über  
dieses haben auch ihre Fürstl. Durchnachtigkeiten etc. vid. LÜNIG.  
part. spec. continuatio II. p. 1616. vbi plura exempla. Porro testamen-  
tum IO. GEORGII Elect. Saxonie, vbi: Unsere Nachgelassene etc.  
vid. FRIESEN Corp. iur. Dom. part. VI.

### §. XXII.

#### *Renunciations filiarum illustrium.*

Varia sunt pacta in domibus illustrium usitata, quo-  
rum autem e multitudine renunciations filiarum illustrium  
hic memorasse sufficiet. Quae quidem, vti alia pacta et dis-  
C po-



positiones, moribus et obseruantia maiorum probatae, non semper sunt necessitatis, sed saepius consilii solum, et foeminae excluduntur a masculis, quamvis non renunciauerint. Contraria autem ex parte foeminae renunciantes excluduntur eo solum in casu, vbi masculi adsunt in familia. His vero deficientibus succedunt, quamvis renunciauerint, inde nomen na<sup>o</sup>tae sunt: Regredient *Erben*. Aliud tamen obtinet in Saxonia ob pactum confraternitatis.

*Illustris HELLFELD Iurisprud. heroic. Part. V. et VII. cap. II.  
sect. III. §. 54. STRVV de iure foem. ad spir. ad fideicomissa fam.  
cap. III. §. 24. GVNDLING in diff. de renunciat. hered. filiar. il-  
lustr. cap. II. §. 4. Exempla renunciationum innumera fere adsunt,  
ex quibus pauca solum allegasse sufficiet. Carola Maria D. Sax. linea  
Ienensis Guil. Ernesto Sax. duci nupta renunciat hereditati paternae.  
die III. Non. 1683, vbi. Und nachdem durch lange undenckl. Zeit, vid.  
Ludolf de iure foem. illustr. c. 3. p. 19. Porro, Carola Eliz. Philippo Aurel.  
Duci nupta, promittit: La dite Dame Princeſſe etc. Pa<sup>o</sup>la matrimon.  
Pr. Ioannae S. Gosb. D. Adolph. Friedr. Megapol. Strel. nupta, de an.  
1702. §. 4. vbi dagegen soll etc.*

### §. XXIII.

#### *Quando testamentaria successio locum habet.*

Deficiente pacto, quaerendum est, an adsit testamentum, quod tamen de iis solum bonis valet, de quibus testator libera disponendi gaudet facultate. Iura enim quae sita, sine consensu eorum, quorum interest, auferri nequeunt.

vid. MOSER in teutschen Staats Recht cap. 133. vbi de modo testa-  
menti factonis apud illustres multa perractantur diuersisque auctiores  
eorumque sententiae controversae referuntur, in primis quod ad fo-  
lennia.


### §. XXIV.

#### *Obseruantia eiusque valor insignis.*

Praecipuum autem usum in successione illustrium praefat-

stat obseruantia, quae est instar legis, et colligitur ex factis antecedentibus, tacitoque consensu eorum, quorum interest. Iuris huius non scripti, teste Tacito de moribus Germanorum, veteres Germani tenacissimi fuerunt, et hodie adhuc imis medullis infixum haeret, in primis illustribus, saepiusque mentio huius sit in scriptis publicis, eamque ob causam breuiter de eo agere, operae pretium esse existimo. Neminem latet, quanta vis, quantaque efficacia sit obseruantiae in caussis illustrium, quippe quae pro lege est et quidem interdum pro summa. Haec autem, ut normam successionis inter illustres praebere possit, requirit in primis I) ut legitime sit introducta, II) ut satis sit probata. III) Ut abrogata non sit per legem posteriorem, tam expressam, quam per contrariam obseruantiam. Legitime autem si introducta est et probata, valet tamdiu, quam aetius non adest, quo ii, quorum interest, animum ab ea recedendi declarant. Haec eadem est obseruantia, quae duce allodia auita et adquisita hodie adhuc pristina retinuerunt iura diuersamque successionis efficiunt rationem.

*Verzichtsbrief Erzherzogin Kunigund zu Oesterreich de ao. 1692.  
Testament. Georg. Elec. Saxon. de ao. 1652, vbi, wie es in Cur und Furstl. Häussern Herkommens und gebräuchlich sey. Porro, anderer Furstlicher Häusser Gewohnheit nach. Diploma Imperat. Rudolphi II. de ao 1608. in punto primogeniturae Landgrafsatus Hass. Darmst vbi: Wie es bey andern Furstlichen Häusern im heiligen Reich, so dergleichen Statuta und Ordnung etc. gebräuchlich ist. Immo in ipsa Cap. Imp. §. I. vbi, wir sollen und wollen auch, - - Gebräuche und gute Gewohnheiten, so sie biß anhero gebahrt, oder in Uebung gewesen - - in beständiger Form confirmiren. Testam. Ernesti Pi D. S. G. de an. 1654 vbi, und dieweil unsere liebe Söhne, vermöge des kundabren Herkommens in unsfern Furstl. Hause etc. TITIVS de successione territ. Germ. §. 40. LUDOLPH de iur. primogen. pars. spec. §. 15. Illustris FÜTTER diss. cit. §. 70. sqq.*



## §. XXV.

*Quomodo obseruantia constituitur et probatur.*

Constituitur obseruantia I) per actum et quidem unicus, si exinde tacitus consensus eorum, quorum interest, satis colligi potest, sufficit, licet plures actus probationem reddant faciliorem. Unicus igitur actus sufficit, qui tam omittendo quam committendo fieri potest. II) Per tacitum consensum eorum, quorum interest, et hic consensus praesumitur, dummodo ii, quorum interest, actum scire potuerint et debuerint. Eodem modo excusatio illustris de ignorantia vincibili eius, qui ei est a consilio nihil prodest, quia hoc in casu illustris diuidicandus est ex doctrina de mandato; ideoque tenetur ex facto mandatarii, quatenus huic tale commisit. Obseruantia autem probari potest, 1) ex usu domuum illustrium. 2) ex testimonio auctorum fide dignorum et in causis recentioribus ii testes esse possunt, qui experientia tanquam testes oculati gaudent. 3) ex scriptis et documentis publicis, quae actus de quo sermo est aut obseruantiae faciunt mentionem, praecipue autem 4) ex re iudicata.

*Cammergerichts Ordnung* P. 2. Tit. 28. §. 5. SCHILTERI *Ius public.* T. 2. append. p. 90. A. B. Tit. 9, in fin. FABRI *Scars Canzl.* T. 38. p. 502. MULLER in *Histor. und Juristl. Rechtsbändeln*. Elec. p. 1. C. 5. WEBER de *Iure S. R. I. publ. non scripto*. Gießen 1723.

## §. XXVI.

*De priuilegiis.*

Inter leges scriptas, quae intuitu successionis in familia quadam illustri normam praebere possunt, primum locum obtinent priuilegia domibus illustrium concessa. Haec autem, si legem successioni praescribere debent, valida sint et satis probata, ideoque legitime concessa, per leges posteriores

steriores, pacta aut contrariam obseruantiam, quae subse-  
quuta est, non sint imminuta. Quae autem, si requisita  
adsunt, in decidenda successionis controvicia ante omnia  
sunt respicienda, aliisque legibus praferenda.

vid. Acta depositionis Wenzeslai. p. 56. vbi: So hat er auch ums  
Geld willen dicke und ville smer Freund gesant. PFEFFINGER  
Virr illustr. T. I. BOECKLER Notitia Imperii L. 4. Cap. I. Friedr.  
III. Imp. Dom. Carniolae priuilegium dedit. vbi. Wir setzen auch  
dafs die Tochter ihrer Väter Erbgut besitzen ob sie der Söhne nichts  
haben ap. LYNIG. R. A. P. sp. Cont. II. Priul. Max. I. d 22.  
April. a. 1508. Ioanni Cliviae et Guilielmo Iuliaca Duci concessum  
vbi: und darauf mit guten Rath --- ihm die Freyheit und Gnaden  
gerban und seine ebeliche Tochter Maria, oder ob dieselbe Tod ver-  
gienge und der genannt Herzog von Gürk eine andere Tochter über-  
kommen würde, auch dieselb und iedredere ebelich Leibes Erben der  
gedachter iener Herzogshum --- wäbig und empfänglich gemacht.  
Deduct. Brandeb. de success. Iuliac. p. 170. Plura vid. ap. MOSER,  
LYNIG, FABER etc.

### §. XXVII.

#### *De Legibus prouincialibus et statutis.*

Priuilegiis, quae de successione disponunt non exis-  
tentibus, adeundae sunt leges prouinciales et statuta. Haec  
autem non indistincte normam successionis in causis illu-  
strium praebere possunt. Illustris enim, aut gaudet iure  
autonomiae, aut non. Si hoc secundum leges speciales  
decidendum est. Priori autem in casu illustris, qui iure au-  
tonomiae gaudet, aut expresse et pacto se iuribus hisce subie-  
cit a), aut non. Si posteriorius, hae leges nullum habent valo-  
rem, priori autem in casu leges prouinciales et statuta dant  
normam succedendi. Quatenus igitur illustris gaudet iure au-  
tonomiae, eatenus sine eius consensu res suae secundum  
has leges dijudicari nequeunt, quatenus autem hoc iure  
non gaudet, eatenus etiam hisce legibus est subiectus. Sic  
fieri

fieri poterit, vt illustris in alieno territorio in allodia succedat, vtque ab iis legibus quae in hocce territorio valent, normam succedendi agnoscere debeat.

*Illustris HELLFELD Iurisprud. heroic. T. VII. cap. III. §. 13. Illustris FÜTTER disserr. cit. LUDOLF de iuribus foem. illustr. P. 2. C. 1. §. 15.*

a) *Exemplo sit transactio Numburgensis de an. 1554. inter I. Fried. et Augst. Elekt. ubi: da auch irgent Artickel fürsielen, die sich in die Sächsl. Recke etc. Eodem modo sanxit conuentio inter Guilielnum D. S. Vinar. et Ernestum Pium D. S. Gotbanum de an. 1657. daß man in allen künftigen Misverständen etc.*

### §. XXVIII.

#### *De legibus imperii vniuersalibus.*

Leges speciales veluti priuilegia, paecta, aliaeue ordinationes, si de successione illustrium nil disponunt, ad generales leges est recurrendum. Quae quidem, quamvis successionem illustrium raro determinent, attamen hoc si factum nullum est dubium, quin normam succedendi praebere possint et debeant. Sic in electoratibus introducta est primogenitura iubente Carolo IV. in A. B. et I. P. O. aliquali modo concernit successionem domus Palatinæ in Palatinatum superiore, paecta gentilitia imprimis Heidelbergensia de à 1545, 1551, 1553, 1557. confirmantur, fratribus, matri, viduae et sororibus Caroli Ludovici appanagii, vitalitii et dotis causa pecunia certa constituitur, et iura successionis Comitum in Leiningen et Daxburg stabiluntur. Multam vtilitatem praefuit deinde post mortem Caroli, lineae suaee ultimi à 1685. subsequutam Art. 4. §. 10. J. P. O. in disceptationibus lineae Neoburgensis et Veldensis ita vt linea Neoburgensis obtinerit.

*vid. A. B. Cap. XXV. §. 2. Instr. P. Art. 4. §. 9, 10, 12, 14 - 16.*

*SECT. II.*

## SECTIO II.

DE MODO SVCCEDENDI IN ALLODIA  
ILLVSTRIVM.

## §. XXVIII.

*De modo succedendi in allodia adquisita.*

Allodia sunt aut auita, aut adquisita. Primo agendum erit de successione illustrium in allodia adquisita. Haec sub pleno sunt dominio et dominus libere de iis potest disponere, §. 6. Ideoque doetrinam de successione iuris romani et hoc applicari posse, nullus dubitabit, obseruatis nimirum iis, quae §. 17. et 18. determinata. Successio igitur regulariter est a) gradualis, eodemque modo neque sexus, neque lineae vnius solum habetur ratio, et de iis testari, arbitrio domini est relictum. Personae autem de quarum successione sermo est, sunt I) descendentes, II) adscendentes III) collaterales, IV. Coniuges, de quarum modo succedendi breuiiter edisseramus.

a) Fieri quidem potest, ut testamento, aut pacto, aut alia quadam lege speciali alia in familiis illustrium, intutu allodiorum adquisitorum successio obtineat, quae nos autem non tangit, dum hoc in Spbo sermo solum sit de successione iuris communis. ab. VFFEL diff. cit. §. VIII.

## §. XXX.

*De successione descendantium.*

Descendentes sunt aut vere tales, aut ciuiliter tales et de his valet id, quod ius romanum ordinat. Vere autem tales aut sunt legitimi, aut illegitimi. Successio illegitimorum in eo consistit, vt vulgo quaesiti, (si tales vnuquam inueniantur in familiis illustrium) ne matri quidem succedant ab

ab intestato, naturales autem ad successionem maternam vocentur, non vero indistincte ad paternam. Ad sunt enim aut liberi legitimi et vxor legitima, aut non ad sunt. Hoc solum in casu liberi naturales succedere possunt, et quidem, cum matre illegitima in sextantem nullo habito respectu numeri naturalium.

*Nouella LXXXVIII. cap. 12, §. 4. Aut hanc licet. C. de natur. libr. Diffentur, STRYCK in differt, de iure. alod, princ. imper. cap. VI. §. 94; ob reformationem politicam de ao. 1548 tit. von leichtfertiger Beywohung. Ad sunt tamen casus, vbi parentes illiustres liberis naturalibus parentem hereditatis expresse tribuerunt. Sic Carolus Ludov. Elect. Palat. in testamento de ao. 1670, vbi, si vero sine legitimis hereditibus deceperint etc. Item Testamentum Renati Principis Arausonensis de ao. 1544, vbi, Unsern natürlichen Sohn Palamedes, -- geben ihm eine Summe von 1500. Pf. zu seinem Unterhalt etc. vid. LÜNING part. spec. Unter Pfalz und Bayern, et contin. II. Sub Nassau.*

### §. XXXI.

#### Continuatio.

Legitimi descendentes, sunt aut legitime nati, aut legitimati. Successio legitimatorum a successione Romanorum non differt, nisi quod legitimati per subsequens matrimonium aescumentur ex doctrina Germanorum de matrimonio inaequali. Legime autem nati procreati sunt, aut ex matrimonio aequali, aut inaequali. Si prius successio est romana, si autem posterius, matrimonium initum est aut ad legem morganaticam, aut non. Si hoc, succedunt liberi, vt ex matrimonio aequali nati; si autem illud, iterum distinguendum est, num liberi hi concurrant cum iis, qui ex aequali matrimonio progeniti sunt, an non. Priori in casu standum est ei, quod in conuentione de successione est dispositum, posteriori vero in casu succedunt tanquam nati ex matrimonio aequali. Fieri autem potest, vt pactis dispositionibus, aliis-

ve legibus specialibus alia constituta sit successio, vtque horum conditio interdum melior, interdum deterior sit quam iure communi est statutum.

Vid. STRYCK *dissert. cit. cap. VI.* §. 87. et 90. TIRAQVELLIVS *de nobilit. cap. XVIII.* MYLERVS *Gamologia cap. V.* §. 34. LVEDIG *Consil. Hallens. tom II.* p. 2. 78. TESTAM. IOAN. ALBERTI *Ducis Megapol. de an. 1731.* vbi: *folgends sezen wir uns zu Erben in diese - und eigen, beweglich und unbeweglich unsere beiden freundlichen lieben Söhne, Herzog Iobanfen, und Herzog Sigismundus Augusten.* TESTAMENTVM *Philippi Hass. Landgrafi de an. 1672.* vbi: *die Kleider, Kleinodien, Silbergeschirr, Tapperezery und Hausrath, soll Landgraf Wilhelm halb, Landgraf Ludenig das vierte, und Landgraf Philipp, und Landgraf Görge auch den vierten Theil zusammen haben.* TESTAM. CAROLI LUD. ELE<sup>c</sup>. PALAT. *de an. 1670.* vbi: *Tertio, pecuniam quod attinet, quam commodauimus Camere nostraræ ac ditionibus uniuersis etc. vid. supra §. XI.*

### §. XXXII.

#### *Successio adscendentium et collateralium.*

Successio adscendentium aequa ac collateralium in alio*da* adquisita, deficiente pacto, testamento aliqua lege speciali dijudicatur ex iure communi. Nec dubito, quin simul cum adscendentibus admittantur fratres sororesque defuncti bilaterales horumue liberi iure representationis in stirpes, licet absque ratione de eo dubitet Neumann a). Iure vero Saxonico adscendentes indistincte excludunt collaterales.

a) *Comment. de heredit. et success. princip. §. 750. vid. Nou. 118. c. 2. I. Pr. Sax. lib I. art. 17.*

### §. XXXIII.

#### *De successione coniugum, præsertim uxoris.*

Sucessionem coniugum illustrium plerumque pasta do-  
D talia

talia determinant. Haec vero si deficiunt, aut de successione nil disponunt; mortui mariti vidua gaudet electione, an dotem repetere, an loco eius dotalitio frui velit. Hoc accepto, dos repeti nequit, nisi pactis dotalibus aliter fuerit conuentum *a*). Reliquas autem res suas v. c. adparatum et instructum muliebrem, paraphernalia, dona a marito accepta, morgengabam, recte exigit a mariti heredibus, immo si defuncti sanguine coniuncti heredes, vxor secundum ius commune in uniuersum defuncti allodium, nisi pacta obstent, succedere potest. Sic quoque non defunctorum exempla, quibus tertia pars communis adquaestus superfitti coniugi est tributa *b*). Caeterum, si coniux est inops, recte exigit, ut simul cum sanguine coniunctis in allodia adquisita succedat.

*a) Secundum paroemion: Leibgeding Schwindes das Hauptgut, de quo HER-*

*TIVS Vol. I. opusc. 617. PISTORIUS paroem. centur. VI. p. 508.*

*b) quod probant gesta Dagoberti Cap. XXXXVIII. vbi: de omnibus quae Dagoberrus Rex adquisuerat, postquam Matildis regna regnare coe-*

*perat, eidem reservauit. Adde AIMONVM L. IIII. cap. 36. Quae*

*tertia adquaestus probatur: CAPIT. RFG. FRANC. Libr. IIII. c. 9.*

*et LEGE RIPVAR Tit. XXXVII. n. 2.*

#### §. XXXIIII.

##### *Succesio mariti.*

Maritus, si pacta deficiunt, et adsunt, qui defunctae vxori sanguine sunt coniuncti, regulariter non succedit, nisi forsitan casum fingas, quo existit inops; iure autem Saxonico maritus est heres mobiliaris suae vxoris. Pon. vero vxorem sanguine coniunctos non habere, maritus integrum capit hereditatem allodialem.

IVS PROVINC. SAX. libr. I. Art. 31. et obseruantiam huius textus  
inter illustres diuersa probavaut exempla. Sic Friedr. Guilelmus II.  
Dux

Dux Saxo Altenburgensis in codicilli de an. 1638. ordinat: dem-nach Wir Vnserer hochgeliebren Gemahlin Verlaffenſchaft aufzeichnen und in ein richtiges Inventarium bringen lassen, - - so hätte zwar uns als hinterbliebenen Fürſtl. maried frey und betor gestanden, nächſt der Barschaft und ausſtebenden Schuldforderungen, auch die anſchließlichen Preioſen, und insgemein alle mobilia, vermöge Säckſl. Rechis, Vns alleine zuzuwigen. Idem legitur in paſtis dotalibus Saxo Weiſenfels: et Iſenacensibue d. an. 1699.


### §. XXXV.

*Modus succedendi in allodia auita, et quidem per senioratum, maioratum, primogeniturat et minoratum.*

Sequitur iam successio illustrium in allodia auita. Hic tacent iura recepta et mores Germaniae ne villam fere rationem ex illis admittunt, in decidendo eo, quod iuris est hac in successione, sed obſeruantia, pacta aliaeue dispositiones normam praebere debent, qua eiusmodi controvērſiae determinari possunt. Sequimur igitur hasce leges, et operaे pretium est, vt diuersos succedendi modos enumeremus. Sunt enim allodia auita aut talia, vbi plures succedere possunt, aut vbi vnicus ſolum iura defuncti conſequitur. Hoc in caſu indiuiduum, quod succedit, aut est natu maximus in tota familia, aut natu maximus inter proximos collaterales, qui pares ſunt gradu, aut is qui in linea quadam eſt primogenitus, aut is qui in eadem eſt natu minor inter aequales collaterales, et inde venit Senioratus, Maioratus, Primogenitura et Minoratus. In primogenitura valet repræfentatio et linealis ſuccesſio, quae diuidicatur ex perſona ultimi defuncti, non vero in senioratu, vbi ſolum aetatis ratio habetur.

D 2

Schema



Schema huius successionis sit

Catullus.

	Liuius † 1707.	Remus. † 1709.	Propertius. † 1710.
Cato † 1711.	Zeno. † 1690.		
Mutius.	Scaeuela. <i>Maior.</i>	Iulus. n. 1702.	Brutus <i>Senior.</i>
Curtius.	Appius.		
<i>Primogenitus.</i>	<i>Minor.</i>		

Mortuo igitur Mutio in senioratu succedit Brutus. In Maioratu Scaeuela. In Primogenitura Curtius habet ius succedendi et in Minoratu Appius.

Testamentum Iulii Ducis Brunsvic, et Luneb. de an. 1582. ap. Lunig R. A. T. 9. Test. Friedericu I D. S. Gorb. de an. 1685. ap. Ludolf de iure primog. Fafsc. II. exempl. vbi, daß mir unsfern geliebten ältesten Sohn -- Herrn Friedrich -- und dessen iedesmal ältesten Sohn zu einigen Successoren Erben - - - zu denen von uns hinterlassen - - - Landen und Leuten, benebst ibren zugehörigen - - - beweglichen und unbeweglichen Gütern, Pretiosen, Schilderey Cammern und in Summa aller Fahrniß sezen und ordnen wollen. Quod an. 1688. ab Imperat. Leopoldo confirmatum. Testam. Ernesti Lud. D. S. Meinung. de an. 1721. ap. Ludolf l. c. Fafsc. 2. vbi: daß obgemeldeter unsr reiziger ältester Prinz Herz. Joseph Bernhard - - - als einiger Landes Fürst - - beweg und unbewegl. so wol Lehn als eigenthümlichen Gütern, Pretiosen, Schuld und andern Forderungen, Innenarien, Vorrathen, Silberw rk, Tubelen, Biblor bequen, Pferden, Wagen, Gewebr, Jagdzeug, vorhandne Tapezereyen, Zinn und Bettwerck, in Summa alle Mohilien und Moventien erb und eigenthüml. haben und besitzen - - soll. Quod et postea ab Imperat. Carolo VI. confirmatum. Plura eiusmodi exempla et documenta vid. ap. Moser et Lunig l. c. Saechf. Ernest. Linie Haupt Vertrag inter

inter Guilielmum, Albertum, Ernest. et Bernhard D'D. Sax de an. 1619.  
 §. 4. vbi senioratus stabilitur sequentibus: alsdenn dierienige, welcher nicht  
 per repraesentationem noch iuris fictionem, sondern --- von Natur und  
 an labren, Monathen und Tagen der aelteste zu derselben Zeit und Stunde  
 seyn wird etc. Pactum diuisionis, Guilielmi Alberti et Ernesti D. D. Sax.  
 post mortem Ducis Bernb. de an. 1640 vbi praefectura Oldisteben Seniori  
 in familia ad dies vita adsignatur, steurae autem cedunt Sereniss. domo  
 Sax. Vinar. De minoratu vid. infra §. XXXVII. SCHLEVOGT.  
 diff. de iure primog. Ienae 1694. TIRAQVELL de ture primog. in ope-  
 ribus suis. Lugd. Batav. 1617. CRAMER de valida et invalida iuris  
 primog. abolitione Marburg. 1739. GOLDASTI diff. exoteric. de iure  
 repraes. in primog. Imp. Germ. Francof. 1615. eiusd. Tr. de Seniore et  
 Maioratu. Francof. 1615. COMES a SOLMS differt. de maioratu  
 Lips. 1729. CRAMER de minoratu in opus. T. I. Marpurg. 1742.

## §. XXXVI.

## De appanagio et dote.

In senioratu, maioratu et primogenitura vnicum sub-  
 iectum s. indiuiduum succedit. Ne autem splendor et no-  
 men familiae vna ex parte promoueatur, ex altera vero ex-  
 stinguatur; obseruantia, pactis aliquis dispositionibus sta-  
 tutum est, vt eo in casu, vbi vna solum persona succedit,  
 masculi, qui a successione excluduntur et foeminae portionem  
 quandam accipiant, vt natalibus suis conuenienter viuere  
 possint, quae dicitur: portio alimentaria, legitima (quae vero  
 differt a legitima iuris romani) Fürstl. Deputat, Unterhalt.  
 Masculi igitur accipiunt appanagium, foeminis autem pree-  
 ter alimenta constituitur dos sua conditione digna et instru-  
 etus muliebris.

ILLUSTR. PVTTER de augendo appanagio auctis redditibus primogeniti re-  
 gnantis. Ienae 1745. SPRINGFELD de appanagio. Bremae 1664  
 SCHILTER de appanagio et paragio. Argent. 1701. RHETI  
 vs de portione alimentaria c. i. Test. Friedr. I D. S. G. vbi  
 Damit aber auch unsrer zrer Fürstl. Sohn Prince Ioh. Wilhelm--- Ihren  
 Standesmässigen Unterhalt und Auskommen haben mögen etc. Eiusdem  
 ord. primog. de an. 1685. Dispositio Ernesti Lud. D. S. Meinung.  
 supra cit. vbi §. 4. Dieweilen auch hiernächst Wir Uns nicht weniger  
 pflich-

pflichtig erachten auf Unserer übrigen Prinzen standesmässigen Unterhale und Versorgung bedacht zu seyn etc. porro, So wollen und verordnen Wir hiermit, das er ieden Derselben, wenu Er das iße Jahr erreicher -- über das Ihm zu gebende appanagium überhaupt einmal vor allemal - tausend rthlr. an Gela und gute Reitpferde mit Sattel und Zeug reichen und abgeben lassen solle. Actum Fraternum Guilielmi Ludovici, Philosophi et Georgii Landgrave. Hassiae de an. 1568. So soll das oder dero abgestorbenen Fürsten nachgelassenen unbefallenen Töchtern, einer ieden 2000. fl. Franckfurter Währung an statt ihrer Legitima und endlicher Abfertigung zur Zeit ihrer Verheyirathung zu rechtem Heurathgus, benerben Kleinodien, Silbergeschirr und Geschmuck unweigerlich gegeben werden. Testament. Friedr. Henr. Pr. Arausidonensis de an. 1644. Unser Sohn oder unsre andre eingefetzte und substituirre Erben sollen gebalten seyn, ihnen zu geben alle Jahr zu ihren kleinen Ausgaben außer den gemeldeten Unterhale, Kleidungen und Envertien einer ieden von ihnen die Summe von 2000. Pf. Carolus. etc. Plura exempla vid. ap. MOSER et LVNIG.

### §. XXXVII.

#### *De minoratu.*

Ratio cur individuum totam capit hereditatem allodium in eo consistit, vt conseruetur, splendor familie. Reliqui autem, qui ab hac excluduntur, capiunt portionem quandam, vt pro sua conditione viuere possint, et ne splendor familie hac ex parte extinguitur. Hoc quidem, et diuersus modus, quo splendor familie conseruari augerique potest, fecit, vt minoratus introduceretur, vbi natu minor inter aequales collaterales succedit et primogenitum aliosque excludit. Huius ratio in eo ntitur, vt splendor familie dupli ex parte promoueat, atque postgeniti non omnes excludantur. Prima igitur lex est in minoratu, quae prohibet, quo minus allodia consolidentur, et quamdui consolidatio bonorum, quae primogenitus possidet cum iis quae minor habet, non pertimescenda, tamdui eriam minoratus effectum non habet, sed in linea minoris natu, primogenitura

tura locum habere potest. Existente autem casu, ut linea minoris sit exstincta, atque alia succedat, in hac non primogenitus sed minor natu ius succedendi habet. Quamdiu igitur adest minor in familia tamdiu valet minoratus.

*Illustr. CRAMER. Dissert. de minoratu. Testament, Balbusari Episc. Vratislaviensis de a. 1561. ap. LVNIG. Teutsch. R. A. P. Sp. Contin. II. append. Abrahamo igitur, qui ultimus in Fann. Lessendorfiana, mortuo, Henricus Anselmus lineae Weichauiensis primogenitus arripuit quidem possessionem minoratus Pleßouienſis et in possessorio obtinuit, sed a. 1619. d. 21. Ianii in peritorio succubuit per fententiam et frater eius minor natu Seyfried obtinuit minoratum Pleßouienſem.*

### §. XXXVIII.

#### *De Communione.*

Si plures personae succedunt, locum habet aut communionio, aut diuilio. In communione plerumque succedunt ii, qui pares sunt gradu, quod diuerso modo fieri potest, et quidem praecipue: 1) Bona pro indiuiso possidentur, et iura coniunctim exercentur, reditus vero disperiuntur. 2) Bona alternis annis possidentur ab iis, qui sunt in communione, quae species communionis germanice *Mutshierung* vocatur. 3) Vni aut pluribus conceditur directorium, reditus autem diuiduntur.

*A SECKENDORF Teutscher Färfenstaat. p. 2. cap. 3. LIMNAEVS I. c. T. I. addit. ad L. i. cap. 9. n. 96. HEERDEN Grundwette des H. R. Reichs p. I. c. 5. SPRINGSFELD de appanagio c. 2. n. 4. etc. Mutshierang inter fratres Friedr. Bellic. et Guilielm. Diuitem, de an. 1411, vbi ad 4 annos infirmata erat. Sed monerandi ius, metallifodinae et domus Friburgenſis in plena erant communione. Diuiso inter Ernestum et Albertum de an. 1485. Fried. III. imperatore an. 1486, confirmata, vi cuius in communione permanerunt metallifodinae, das Schutzgeld von den Städten Franckfurz, Görlicz, Mühl- und Nordbaufen etc. Mueschierungs Receſſ de an. 1590 Ioanni Caſſimiri et Io. Ernesti ad V. annos, quae a 1596. ad 6. annos extensa et continuaſt a Io. Caſſimiro. Paſtum dinilſoniſis inter Ioannem D. S. Vinar, et fratris defuncti Friedr. Guilielmi*

ielmi filios de an. 1603. ubi in communione manebant, die Graffschafe Honneberg, die Vniverstaet, Consistorium, Hofgericht, Schöppenstuhl und Liberey zu Iena, und Praesentation daselbst. Das Geleite zu Erfurt und Georgeuthaler Hof daselbst, Weinwachs zu Iena, Gold- und Silber-Bergwerke, Mainzische Pfandhauser Tondorf und Mühlberg, der Zehende auf den Schneeberg etc. Paetam diuis. inter Jo. Ernestum, Io. Georg. et Bernhard. Herzogen zu Weimar, Marckföhl und Iena de an 1672 ubi in communione permanebant; die Vniverstaet Iena, same dem Hofgericht und Schöppenstuhl, das Gymnasium zu Schleusingen, gegenwärtige und künftige Bergwerke, Laul, Trank und Fraeulein Steuer. Die Rüstkammer zu Weimar und Wartenberg, die Flösse auf der Werre etc. Haupt-Erb-Vertrag Friedr. I D. S. Gotb. et IV. Fratrum juniorum Henricum, Christianum, Ernestum, et Io. Ernestum de an. 1680. d. 24. Febr. ubi in communione relinquebantur: Gzsammre Archiven zu Wittenberg, Coburg und Meinungen, das Recht zum Seniorat im Amt Oldisleben, Gold- und Silberbergwerke, gegenwärtig und zukünftig, der Silberkauf zu Schneeberg esc.

### §. XXXVIII.

#### *Succesio descendantium in allodiis auitis.*

Quod ad ordinem succedendi in allodia auita attinet sine dubio si pacta aliaeque dispositiones deficiunt ante omnes admittuntur vltimi defuncti descendentes, et ex his filii eorumque descendentes masculi excludent filias harumque descendentes. Habemus hic consensum legum omnium antiquorum Germaniae populorum a) exceptis Wisigothorum legibus, quae Romanorum sua fecerunt principia. An vero in defectu masculorum lineae descendantis, filiae excludant agnatos disputari solet. Erudita et quam maxime speciosa sunt argumenta, quae pro iure filiarum tuendo in medium attulit ill. REINHARD b), sed antiquiora patriae iura, filias existentibus agnatis ab adquirente descendantibus a successione in allodia auita voluisse exclusas, leges Salica, Ripuaria, Anglorum et Werinorum fatis probant c). Nec obstat, quod lex Salica mulieres a successione in terra salica solum excludat, dum haecce lex explicari

plicari potest ex lege Ripuaria, qua terra salica sub denominarione hereditatis auticae venit, verbis: *sed cum virilis sexus extiterit, foemina in hereditatem aviaticam non succedit.* Quamvis autem leges Burgundionum, Longobardorum, Saxonum, Alemannorum et Baiuvariorum filiabus, prae agnatis successionem deferant, exinde tamen hoc solum colligere licet: recentiores quasdam Germanorum leges pristinos deseruisse mores, siveque Germaniae populos in praferendis filiabus iure vlos esse diuerso. Collectores consuetudinum patriarcharum medii aevi partim filias agnatis, partim hos illis praferunt d.

- a) *Lex Salic*, tit. LXII. *Lex Rip.* tit. §6. *Saxonica* tit. VII. *Longobardorum Rotharis* 181. et *Luitprandi* cap. I. n. 1. apud *GEORGISCH* p. 1090. *Burgundionum* tit. XIV. cap. I. *Alemannorum* tit. §7. *Baiuvariorum* cap. VIII. *Anglorum et Wernor.* Tit. VI. *Normannor* apud a *LVDEWIG reliqu.* *MSCT.* T. VII lib. II. cap. 29. n. 18. praeferunt quod nepos ex masculo filiam excluderet, docet *Lex Saxon.* tit. 7. n. 8. *Longobard* 11. 14. 18. *IUS CAESAR. VETVS P.* II. cap. 14. Quod neppotes ex filia aui iure representationis non succedant habet I. P. A. cap. 293. p. 14. edit. Berger.
- b) *Abhandlung van dem Erbfolgs Recht der Töchter vor denen Stammsverwandten in reutischen Reichs Allodien.* Giesen 1746. 4
- c) *L. Salic.* tit. 62. n. 6. *Lex Rip.* tit. §6. n. 4. *Anglor. et Werin.* tit. 6.
- d) *Ius prov. Saxon.* lib. I. art. 17. *Ius Alem.* c. 279. *Ius Bauar. vetus de an. 1344.* cap. 97. apud a *SENCKENBERG* de success. filiar. in adi. n. 2.

### §. XXXX.

*Inter illustres filiae per agnatos excluduntur.*

Quamvis vero iura antiqua circa quaestionem an filia ultimi defuncti agnatum a successione in allodia auita excludat, inter se dissentiant, omnes tamen unum eundemque finem satis superque produnt, ut nempe bona familie, cui a maioribus sunt adquisita, conseruentur. Huic fini obtinendo magis inservit, si foeminae non nisi in defectu

E

mascu-

mascularum ad successionem in auita allodia adspirare queunt. Quam ob rem illustribus, qui conseruandi et augendi familiae splendoris semper fuerunt cupidissimi, eorum Germaniae populorum iura, quae agnatos filiabus praeferrunt, se tali ratione commendarunt, ut vniuersali fere Germaniae illustris consuetudine probata dici queant. Mentem Germaniae procerum, se conformandi huic iuri conseruationi familiarum admodum proficuo, loquuntur tot oblationes allodiorum in feudum, tot pacta familiae, testamenta et renuntiationes in fauorem stirpis masculae a filiabus praefitiae. Inde quoque ratio peti potest, quod allodia illustrium descendantibus ab acquirente masculis communia et instar fideicommissorum familiae iudicentur. Minime tamen negamus, in casu, quo allodia per diuisionem perpetuam et aeternam inter liberos vel agnatos fuerunt diuisa, quod dici solet *eine Todtheilung*, filias agnatis plene separatis in successione omnino esse preeponendas. Quorsum et pleraque exempla, quae ill. Reinhard pro sua sententia adduxit, referri queunt.

ILL. ESTOR diff. de terrarum partit. illustr. preefertim ea, quae vocatur Tod-Theilung. Marb. 1746. Hac ratione potest intelligi cur olim plures dinerae familiae a communi stipite descendere poterant. Sic v. c. a Balduino Com. zu Teijsterband und Cleve, a. 822, mortuo, successu temporis progresse funz familae de Teijsterband, Heusden, Berg, Cleve, March Aremberg Westphal. Linie, Limburg Styrum etc.

### §. XXXI.

#### *Successio adscendentium.*

Si defunctus descendentes legitime natos et superstites non habet, successio adscendentibus defertur, non tamen omnibus indistincte, sed iis solum, per quos bona in liberos sunt profecta. Inde ius Alem. cap. 260. p. 23. edit. Berger. bona a patre in filium deuoluta, mortuo filio, patri, adquisita vero proximis heredibus assignat. Ius quoque

que Saxonum lib. I. artic. 17. solum patrem ad hereditatem filii vocat, eam ob rationem, quia bona in filium per patrem plerumque sunt profecta. Ius Caesareum P. II. cap. 95. disponit, ut bona redeant, vnde venerint.

### §. XXXII.

#### *Collateralium Successio.*

In linea collaterali successio fit secundum graduum proximitatem, ita tamen, ut regulariter masculi foeminas excludant a), et bona auta redeant ad familiam ex qua in defunctum successionis iure sunt deuoluta b). Exstincta stirpe mascula, foeminae, ut et cognati, imo quoque suo ordine vidua defuncti, ad successionem admittuntur.

- a) *L. SALICA* tit. 62. §. 6. mulieres generatim excludit a successione in terram salicam, quod *L. RIEVARIA* tit. 56. p. 4. ita exprimit: se virilis sexus existiterit, foemina in hereditatem aviaticam non succedat. *Lex ANGLOR. WERINORVM* tit. 6. Si filium non habuit, ad filiam pecunia et mancipia, terra vero ad proximum paternae generationis consanguineum. *IUS PROVINC. SAX.* lib. I. 14. 15. *Vaters und Mutter Schwester oder Bruders Erbe nimmt der Sohn und nicht die Tochter.*
- b) *Quod non solum naturae allodiorum conuenit, sed quoque conscientiae apud maiores nostros reciputum. Notabilem textum exhibet Ius caesareum*, p. II. cap. 95. cuius editionem perill. *Baroni a SENCKENBERG* debemus.

### §. XXXIII.

#### *Quae foemina inter plures succedit.*

Deficientibus masculis in familia illustri, si ordo successionis foeminas tangit, quaestio obici potest, quaenam inter has succedat. Saepius controversum est inter illustres, an ea succedat, quae primo adquirenti est proxima, an ea, quae proxima est ultimo defuncto. Mea hacce de re sententia in eo consistit, ut idem modus in foeminarum successionibus obseruetur, qui obtinet in successione masculorum ideoque proximitas non tam ex persona adquirentis, quam

E 2

potius

potius ultimi defuncti aestumetur. Si vero in familia quædam locum habet primogenitura, succedit ea, quæ proxime ab ultimo defuncto descendit; et in senioratu ea ad successionem vocatur, quæ maxima natu est in familia etc. Quam meam sententiam partim ab analogia iuris patrii, partim exemplis corroborari, existimo.

Illustris HELLFELD iurisprud. heroica cap. IIII. sect. IIII. Exemplo si Successio domus cliviacensis, vbi Adolphus Comes Marcae cum statibus provincialibus an. 918. conuenit, vt deficientibus masculis primogenita filia codem modo succederet, ac si masculus primogenitus: *Dat istoe weten, dat onse lieue Stede wortl. noe onsen doeten, dat onse Herre Gott by sien Gnaden lange vertert morte, sementlich ind angechieden, toe oren Landes Herren nemen ind entfangen wollen, alß met Namen onsen aeldsten Sohn, off wy Söne achter en lieten, ind off wy Docbter achter lieten dat sy dann sementlich ind angedeilt, voer oir Landes vrouwe entfangen wollen, onse aeldste Docbter, etc.* Quæ successio confirmata est an. 966. pacts dotalibus inter Adolphum Montium ducem et Mariam Clivensem. Vtrumque vide apud Dithmarum, codice dipl. Nota 81 et 88. Recens exemplum præbhet successio Austriaca per fædionem pragmaticam Caroli VI. determinata.

#### §. XXXXIII.

*Quae res in separatione hereditatis ad successionem publicam spectant.*

Cum pro diuersitate bonorum diuersa illustrum sit successio et alius in patrimonio publico alius in priuato, et rursus alius in feudo, alius in allodio, eoque vel aucto vel adquito succedere possit; satis patet; in successione illustrium opus esse bonorum separatione et primo quidem res, quæ patrimonium publicum spectant, sunt separandæ. Ad harum classem in genere referuntur ea, quæ dignitati, securitati et commoditati reipublicæ imperantisque, qualis, inferunt, eandemque ob causam comparata sunt vel destinata. Hæc enim res partim sunt tales, quæ a manifesta-

iestate abesse non possunt, partim, quae pro accessoriis territorii habentur. Pertinent huc imprimis subditi, certo modo vasalli, exercitus, territoria eiusque accessoria, veluti insulae in flumine natae etc. arces, palatia, domus publicis viibus destinatae, bona domania et cameralia, horti publici, metallifodinae, quae ex publicis redditibus sustinentur, flumina, siluae, piscinae publicae, insignia maiestatis, v. c. sceptrum, pallium etc. instrumenta bellica, et machinae usum publicum praestantes, immobilia nouiter comparata et publicis rationibus illata, aeraria publica, granaria publica, (*Magazine*) die *Staats Caroſſe*, mit den Leihpferden, venatio superior et instrumenta huc pertinentia, adparatus principis publicus, et ut breuius dicam, omnes res, quas quidem priuatus possidere potest, sed quae immediate ex aerario publico comparatae sunt, et ex eo immediate sustinentur. Hae autem res, quoniam ad patrimonium publicum referuntur, cedunt successori territorii. Heredes tamen allodiales impensas, quos defunctus in hasce res ex proprio fecit patrimonio, tanquam meliorationes, recte repetunt.

#### §. XXXV.

##### *Quae res feudales separantur.*

Separatis rebus publicis, separandae deinde sunt ab allodio res feudales. Haec autem separatio caute est insti-tuenda, quia non omnia, quae cum feudo sunt coniuncta, pro rebus feudalibus sunt habenda, quamvis multum temporis sit praeterlapsum, quo cum feudo coniuncta fuerunt. Praesumitur enim pro allodio et probanda est qualitas feudalis. Praesertim autem ad allodium referuntur meliorationes feudorum et fructus. Meliorationes aut separari possunt a feudo aut non. Priori in casu separantur; postea-

E 3

riori autem, heres feudalis praestare debet pretium, quod eas exaequat. In Saxonia vero aedificia cedunt solo feudali et heres allodialis non habet ius ea adquirendi vi iuris successionis. De fructibus ultimi anni ex feudo proueniensibus notandum est, quod plerumque pertineant ad successorem allodialem. Separandi igitur sunt a feudo, sed non indistincte, sunt enim aut naturales, aut ciuiles. Naturales mere tales, quatenus a fundo nondum sunt separati tempore mortis vasalli, tanquam fundi accessoria, feudali successori, separati autem allodiali heredi manent. Industriales, si tempore mortis cura culturaque est peracta pro perceptis habentur et ad allodium pertinent. Ciuires vel sunt mere tales, vel non. Hoc in casu heres allodii eodem modo, quo naturales, eos capit; illo autem, ubi fructus sunt mere ciuiles, v. c. census, decimae, etc. heres allodialis succedit, si dies viuo adhuc vasallo, vel ex consuetudine plurium locorum intra trigesimum, cesserit. Reliquae res, quas sub nexus fidelitatis possedit defunctus, in successorem transeunt feudalem.

Illustris HELLFELD *ius feud.* §. 458. seq. SCHWEDE *de meliorat. feudi.* Saechf. Landrechte, libr. II. artic. XXI. STRV. *de allod. imperii cap. III. CARPZOV loc. cit. defin. 2. 19. 21. 26.* HARTMANN PISTOR. lib. I. quaest. 121. Ad meliorationes feudi pertinent etiam impensae, quibus Feudum liberatum est ab onere reali a maioriibus successoris feudo imposito, vid. III. HELLFELD progr. *de herede allodiali, debita feudalia a vasallo soluta repetente.* Fieri autem potest, ut speciali lege aut pacto aliae dispositione meliorationes ab herede Feudali postulari nequeant, vt fit in domo illustri comitum Ruthenorum vi pacti de an. 1618, ubi sub num. 56. sequentia inueniuntur: *Vnd obwohl wegen der übrigen Melioramenten ein anders beydes in Saechf. als allgemeinen Kaiserl. Rechten geordnet, es doch uns des daraus den Lehnsholzgern erwachsenen Ruin, und das furder kein Herr mehr werde auf die Vermebr- und Verbesserung gedencken, zur Ofsärunz nichts gedachten, zu Vermeidung nun dergleichen weitern -- Irrungen, haben wir uns dergestalt verglichen, daß alle und jede Meliorationen, beedes der Gebaeude,* als

als auch anderer Grundstücke, - - - den Söhnen und maeunlichen Leibes Erben, wie auch andern im Leben succedirenden Agraten, mit dem Lehn folgen und bleiben, und sie den Tüchtern oder Schwestern, - noch weniger andern Land- oder Testamens Erben - - deremnigen einigen Abtrag zu thun, weder schuldig seyn, noch solche Verbissirung zu der vaterlichen allodial Verlaffenchaft gerechnet werden sollen. apud Lünig, l. c. tom. XXII. pag. 931.


### §. XXXXVI.

#### *De separatione allodii auiti ab adquisito.*

Tandem separanda etiam veniunt allodia auita ab adquisitis. Quae autem separatio ex iis rebus, quae supra §. X. et XI. allegatae sunt, facili negotio diiudicari poterit. Et hic solum adhuc notabo, quod id, quod ex allodio auito sine iusta causa deest, in dubio praestari debeat ex allodio adquisito. Multae fuerunt lites, quae in separanda hac diuersa hereditate inter illustres agitatae fuerunt, impri- mis autem, hoc factum est in hereditate Georgii diuitis ducis Bauariensis er post mortem Caroli Electoris Palatini, ultimi lineae Simmerensis, inter successorem feudalem Philip- pum Guil. lineae Neopurgensis et sororem defuncti, Ducis- sae Aurelianensis Charlottae Elisabethae coniuge. Quas lites exakte relatas leges apud Moser tom. XVI. pag. 166. et tom. XXVI. pag. 72. Melius sibi consuluerunt domus Hassio Cassel. et Hanou. quae pacto 1724. constituerunt, quid iustum, et iniustum sit inseparatione rerum a comite Hanou, reliatarum.

Scriptores, qui de separatione egerant, praecipui sunt: BOEHMER. consultat. vol. I. p. 2. pag. 180. a LVEDEWIG in gelehrten Anzeigen tom. II. p. 375. uterque responsum hac de separatione tulit, COCCII in iure publ. cap. XXVII. §. 22. GVNDLING ad Coccium pag. 831. HOFMANN de iure separ. allodii a feudo cap. II. §. 11. a GVNDERRODE im teutsch. Staatsrechts cap. IIII. §. 38. a LVDOLPH l. c. part. II. cap. I. §. 16.

### §. XXXXVII.




## §. XXXVII.

*Epilogus.*

Haec sunt, quae de successione illustrium in allodia priuata pertractare constitui. Ego quidem scio, hancce doctrinam yberiorem atque acriorem explanationem postulare, quodque in eodem argumento multa ac diuersa inueniantur, quae nondum explicata stannisque demandata sunt; attamen, quoniam hic labor virum praestantiorem et exercitatisimum in rebus illustrium patriae nostrae requirit, hanc grauiorem materiam aggredi iam iam absque nimio et insufficiente supercilio nullus potuisse. Caeterum, si quae minus recte obseruata aut contra ius ab illustri quaesitum ex improviso defensa sunt, lector sua pro benevolentia et aequitate ignoscat fatenti.

F I N I S.



PRAENOBILISSIMO  
C A N D I D A T O  
S. P. D.  
P R A E S E S.

Inter caetera iurisprudentiae capita, quae, licet maxi-  
mi sint momenti, innumeris tamen subsunt dubiis, est  
sane illud, quod materiam de successione illustrium  
tractat. Iurium priorum et peregrinorum commixtio, et  
exemplorum, quae obseruantiam constituere debent, va-  
rietas, talem efficiunt incertitudinem, ut multa legislato-  
riam expectent decisionem. Quae cum pro facie reipublicae  
nostrae praesente vix sperari possit, merito laudandi sunt  
eorum conatus, qui in re tam graui pro viribus eo la-  
borant, ut omnia, quantum fieri potest, ad certa reducan-  
tur principia. Hinc dissertatio *de successione illustrium allo-  
diali priuata*, quam proprio elaborasti Marte, mihi val-  
de arrisit. Fateor quidem, illam non confidere rem o-  
mnem, et ipse, cum iam per aliquot annos de successio-  
ne illustrium vberius commentari penes me constitui, TI-  
BI plura suppeditare potuisssem, ast partim arctiores limites  
dissertationis inauguralis, partim, ne TVIS mea immis-  
centur, causae fuerunt suaforiae, ut TIBI redderem specimen,  
quod mihi exhibuisti, absque meis interpolationibus  
typis imprimendum. Supremum numen, quod hactenus  
TVIS adsuit conatibus, eos felici coronet exitu, faxit-  
que, ut vberrimos studiorum et diligentiae capere queas  
fructus. Vale. Ienae d. VIII. Octobr.

CIO 19 C CLXV.

F

DO-



# DOCTORANDO

CONSULTISSIMO

S. P. D.

## IACOBVS RAVE

PH. ET I. D.

TIBI doctam dissertationem TVAM publice pro con-  
sequendis summis in iure honoribus ventilaturo,  
me in numerum dissentientium cooptare beneuole placuit.  
Quod officium vtique mihi gratissimum est, video enim,  
quantum exinde in me vtilitatis et honoris redundabit.  
Ex animo promeritam dudum lauream doctoralem TIBI  
gratulor, eruditionis TVAE fructus, quos certissime TIBI  
polliceri poteris, vberrimos precor, TVAEQUE beneuolen-  
tiae me obseruanter omni studio commendando.

Dab. d. VIII. Octobr. A. R. S. MDCCCLXV.

VIRO

VIRO  
CLARISSIMO AC DOCTISSIMO  
**IVRIVM CANDIDATO**

SOC. LAT. AB EPIST.

DIGNISSIMO

S. P. D.

**IO. AVGVSTVS REICHARDT D.**

SYND. ACAD. ADI.

**E**am, quam in me humanissime conferre voluisti dis-  
sentientis prouinciam lubentissime accepto. Nescio  
enim quae exoptatior occasio accidere potuerit me **TVO**  
favori commendandi atque publice declarandi, quanta  
inter nos sit amicitia, quantusque amor mutuus. Gratu-  
lor Tibi ex animo de specimine eruditionis, quod es edi-  
turus praestantissimo deque honoribus, quae Te exinde  
exspectant. Crede mihi eius magnam partem ad laeti-  
tiā quod attinet quoque ad me peruenire. Vale, mihi-  
que favere, perge. Dabam Ienae die VIII. Octobr.

1810 CCCLXV.

F 3

Mon-



MONSIEVR,

**V**ous voudrez bien me permettre, à titre d'Opposant et  
d'amis, de joindre mes acclamations à celles des hon-  
nêtes gens, sur l'honneur dont Vous allez être décoré,  
en recevant le Bonnet de Docteur. Puissiez Vous en  
jouir longues années ! Honorez-moi toujours de Votre  
amitié, et comptez que je ne cesserai jamais d'être avec  
la plus parfaite estime

MONSIEVR,

à Iena  
ce 9. d'Octobr.  
1765.

Votre très-humble et très obéissant  
serviteur.  
Adam Louis Frederic Schmid  
Avocat.

VIRO  
AMPLISSIMO AC CONSULTISSIMO  
DOCTORANDO DIGNISSIMO

S. P. D.  
G. C. G. VOELKER.  
ADVOCATVS.

**Q**uo die res ipsa, assensus eruditorum et par disputationi  
limato iudicio confectae defensio pro te loquuntur,

eo-

codem non filere, amico officium aequum est ac honor. Ego,  
si quid apud TE valeo certe hoc est, ut haud soleam adulari.  
Hoc posito, poteris ne aspernari animi munusculum, quod  
hunc TIBI litterulis oblatum volo. Quaeris in quo sit: nem-  
pe in hoc, ut studium officiumque omne, ac omnem ani-  
mum meum per hanc scriptiunculam TIBI oppignorem,  
cumque spondeam absentem absenti, qualis praesenti praes-  
sens fuit, studiosissimum futurum. Caeterum quod voluisti  
me ad audiendum defendi disputationem TVAM inaugura-  
rem adhibere, meque huius defensionis causam aliquam  
suppeditare, pergratum mihi fecisti, non quod videam me  
TVI impugnandi causa quidquam posse, sed quod intelli-  
gam, TE mei amandi oblectandique causa omnia velle.  
Numquam ex animo efflueret quam arcta litterarum et vo-  
luntatum fuerimus societate in vitae academicae cursu  
iuncti, cuius tantum abest ut poeniteat, ut pro eius diutur-  
nitate idemtidem votum sit in pectore meo exstiturum.  
Quod votum quotiescumque faciam, (faciam vero saepe) pro  
incolumente TVA preces nuncupabo, ut quamuis mox abs TE  
discedendum sit, TE in posterum florentem splendentemque  
mihi redonari contingat. Dubium non est, quin multos  
egregie multa in praelectionibus sis docturus, ex quo qui-  
dem doctrinae TVAE fructu, quem faustissimum esse iubeat  
numen, insignem me laetitiam esse percepturum scito. Si  
quid ego TE potero umquam iuuare, caue roges sed im-  
pera. Mihi vero quacunque nostrum utriusque fortuna et  
tempore quocunque faue. Vale. Dabam die IX. Octob.

A. O. R. MDCCCLXV.

Mon-

## MONSIEVR.

Comme je suis en relation intime avec Vous j'estime qu'il est de mon devoir de Vous donner dans une occasion aussi célèbre, des marques publiques de ma joie, et de l'intérêt que je prends à tout ce qui Vous regarde. Agréez donc, MONSIEVR, les compliments sincères, que je Vous fais sur l'honneur du Bonnet dont Vous allez être décoré. Cette distinction Vous étoit due à bon titre, et personne ne doutera, j'en suis sûr, que ce ne soit, la juste récompense de Votre savoir et de Votre mérite personnel. Puissez-vous jouir longues années, en parfaite santé et prospérité, de tous les honneurs et de toutes les prérogatives auxquels Vous avez droit de prétendre! Ce sont les voeux d'une personne qui, après Vous avoir demandé la continuation de Votre chère amitié, sera toute sa vie, avec la plus parfaite considération,

MONSIEVR,


Votre très-humble et très-  
obéissant serviteur,

Frederic. Guil. Adam de Wilcke.  
de la Noblesse de Saxe.









D. HENR. GODOFREDI SCHEIDEMANTEL  
DISSERTATIO

# SVCCESIONE ILLVSTRIVM ALLODIALI PRIVATA.



JENAE,  
A P V D S C H I L L I V M  
C I C I C C L X V .

CCLXV.  
Excellentissimo d<sup>r</sup> Flavio  
Nottarino  
S. P. Z.  
d<sup>r</sup>. H. g. Scheidemann